



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi**

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de**

**Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Sexta. Sacerrimum Mariæ nomen multis retro temporibus prænunciatum, & impositum, congruentissimum illi esse, tum ex Dei imponentis sapientia, tum ex mysteriis, quæ in literis, ex quibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

pillorum, qui in femina desideratur. Quare in re dubia, vnicuique prout libuerit, licebit opinari, dummodo non dicat, quod quidam ineptè effutuerunt, habuisse capillos albi coloris, quia de Christo Domino, cui perfimilis erat Virgo, dicitur in Apocal. capillos eius candidos esse tanquam lunam albam, & tanquam niuem. hoc enim stultum est dicere: cum capillorum candor pugnet cum pulchritudine feminea, & quia capilli illi albi, quos in visione testatur se vidisse Ioānes, non referebant naturales capillos Christi Domini, sed innocentiam, & animi illius candorem. Tandem illud inter alia egregiam Virginis complexionem diuinitus ei datam non parum ostentat, odorifero scilicet corpore præditam fuisse, vt tradit

D. Dionys. lib. 1. de Virg. art. 36. Plutarcb.

Pier. Valer. lib. 57.

D. Dionysius doctor extaticus, nec mihi est creditu difficile: nam Plutarchus dixit: In Aristoxeni Commentarijs legitur, Alexandri Magni membra, atque os tam suauem odorem exhalasse, vt, & in inferiores cunicæ mirabili fragrantia complerentur; cuius rei causa fortasse fuit quædam corporis temperies innato calore feruentis. Quod si Pierius Valerianus loquens de Aegyptiis, inquit: Minime mirum est, in tanto vitæ passimonia, eorum corpora (quod plerique Auctores tradunt) vel nullis odoribus delibuta, sponte auram suauolentem emisisse, odoratasque transeuntium vmbas miram inspirasse fragrantiam. quod si, inquam, id aliis humanis corporibus fuit concessum, minime credam Mariano corpori, quod Dei futurum erat habitaculum, fuisse denegatum; immo si id fieri non posset (vt multi autumant) nisi supernaturali Dei virtute, non video, cur huiusmodi odoris fragrantiam, atque suauolentiam, quam mortuis corporibus seruorum Dei concessam experimur, viuo corpori Matris Dei denegatam dicamus scio non defuisse, qui dixerint, nõ decuisse beatam Virginem odorem spirare, ne delicias, & odores amare videretur; at certè cum odor ille non esset infæta odoram, quibus prophani homines vsuantur, qui libidinis incentiua esse so-

lent, sed supernaturalis, & ab illis valde diuersus, potius ad commendationem, & bonam opinionem Virginis inuisset. Cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA VI.

Sacerrimum MARIÆ nomen multis retro temporibus pronuntiatum, & impositum, congruentissimum illi esse, tum ex Dei imponentis sapientia, tum ex mysterijs, quæ in literis, ex quibus coalescit, delitescunt, facile deprehenditur.



VAMVIS nominum significatio ex libera imponentis, & instituentis illa ad significandum voluntate dependeat, semper tamen debet, vt docet Angelicus Doctor, proprietatibus, aut muneribus ipsarum rerum correspondere: quod & prius docuerat Plato in Sophista, & Cratilo; vnde abiit in prouerbium: Nomina debent consona rebus esse: idque sibi volunt verba illa Genesis: omne, quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius: ac si diceret Moyses: ita sapienter Adam nomina imposuit rebus, vt earum naturis omnia essent congrua, atque consentanea. Hinc Adam vxorem suam appellauit Euam, quia futura erat Mater viuentium, quod est Eue significatum; ipsa etiam Eua, vt habetur Gen. 4. primum filium suum vocauit Chaim, cuius & rationem ipsa assignauit; quia possedit, inquit, hominem per Deum: secundum Abel, cõ, quod cito euanescere deberet, & luctum parere parentibus: tertium vocauit Seth: dicens: Posuit mihi Deus semen. Ibid. aliud pro Abel. Lamech vocauit filium suum Noë, quia iste, ait, consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. Abrahami nuncupauit filium suum Isaac, quia Sara dixerat:

D. Thom. 3. p. 9. 37. ar. 2.

Plato in Sophista, & Cratilo. Genes. 2.

Genes. 30.

Genes. 4.

Genes. 5.



Genes. 21.  
Genes. 29.

*Risum mihi fecit Dominus.* Iacob sic vocatus fuit, quia fratrem suum supplantauerat in utero; & Esau nomen hoc accepit, quia rufus erat. Phares hoc nomine fuit donatus, quia maceriem utri diuiserat.

Exod. 2.

Moyfes filium primum vocauit *Gerson*, quia aduena fuit in terra aliena. Ioseph primogenitum vocauit *Manasse*, quia obliuisci fecit illum Deus omnium laborum suorum, alterum nomen imposuit *Ephraim*, quia ait, *crescere me fecit Deus in terra paupertatis meae.* Ac tandem Anna vocauit filium suum *Samuel*, quoniam a Deo illum postulauerat. Quid quod etiam apud Gentiles nomina propria, arcanam quandam significationem continebant. Hector enim lingua Phrygia, *possessorem* significat, ut indicaretur, illum possessionem patrie tutaturum esse. Tantulum, *infelicissimum* Plato in Cratilo interpretatur, cui nimirum multa aduersa euentura essent: Priamus, *redemptum*, sonat, ut qui adhuc infans in Troie euerfione captus, redimendus esset. si ergo nomina ab hominibus prudenter imposita consona sunt rebus nominatis, nomen *Mariae*, quod os Domini nominauit, ut potest quod *de celo delapsum*, ut testantur D. Ambrosius, Bernardus, & Anselmus, cosequens est Deiparæ Virgini congruentissimum esse. Cæpit autem Deus primus omnium à principio creationis mundi nomen *Mariæ* ore suo nominare, pro quo obseruandam est, Moysem dixisse, quod Deus congregationem aquarum vocauit *Maria*. S. Thomas quærens p. p. suæ Summæ, quare Deus congregationes aquarum non vocauit mare, sed, *Maria* respondet, congregationes ipsas, quia erant plures, vocauit maria, & non mare. sed non videtur conueniens ratio, quia licet in eodem flumine plures congregentur aquæ diuersorum fontium, vnum nihilominus dicitur flumen, non flumina: ergo eadem ratione, licet tunc plures ad eundem locum congregarentur aquæ, vnum esset mare, non maria. Vnde licet mihi piè cogitare Deum nomen

Id.

2 Reg. 1.

Plato in Cratilo.

Ambros. serm. de nativitate.

Virg.

Bernard. sup. Missus est.

Anselm. lib. de concept.

Virg. cap. 2.

Barth. Pifa.

de B. Virg.

fruct. 8.

Genes. 1.

D. Thom. 1.

p. 9. q. 69. art. 1. q. 2.

1. q. 2.

*Mariæ* adeo dilexisse, ut leuem etiam occasionem oblatam ad illud nominandum, prætereire noluerit, & ideo congregationes aquarum voluit vocare maria, ut sic primus omnium *MARIAM* pronunciarer. in cuius etiam pronunciatione illud latet arcanum, obseruatione dignum, quod productio nominis, *Mariæ*, sit in litera, *I*, quæ, ut Pierius adnotauit lib. 47. habet formam columnæ, vnde eius pronunciatio videtur instar interpositæ columnæ oris labia sustinere, quod maximam huius sacri nominis virtutem non obscure præferret, quæ tanta esse noscitur, ut eius inuocatio inuocatis animum velut æneam columnam ab hoste immobilem, & inuincibilem reddere soleat.

Quando Deus in Genesi voluit sobolem dare sterili Saræ, hæc litera, *I*, eius nomini ademit, vocabatur enim Sarai; ut periti autem lingue hebrææ tradunt, litera hæc, *I*, in nomine Sarai, idem significabat, quod *mea*, mysterio ergo sanè vacare non potest, quod litera, *I*, quam Deus abstulit nomini Saræ, voluerit in nomine *Mariæ* præ omnibus aliis eius literis in pronunciatione produci, illud ego subodoro mysterium, quod Sara addita *I*, significat *Domina mea*, absque, *I*, verò *Domina* tantum: quia verò solam Virginem Dominus constituit Reginam cæli, & terræ, tam Angelorum, quam hominum, eique dedit potestatem dominandi à mari vsque ad mare, & vsque ad extremos fines orbis terræ, immò & super cardines cæli, ipsa sola est, quæ per antonomasiam, *Domina*, ab omnibus vocari meretur; ad significandam ergo amplissimam dilatationem huius Mariani domini literam, *I*, quam Deus Saræ nomini ademit, voluit in pronunciatione nominis *Mariæ* produci, non breuiari.

Fuit præterea sacrum hoc nomen *Mariæ* à Gentilibus præcognitum, & prædictum: nam (ut constat ex 3. lib. oracul.) sibylla Heritica multa de Christo Domino prædicens ait:

Pier. lib. 47. de lit. sept.

Genes. 19.



lib. 8. ora-  
cal.Ruffi. Scac-  
ciatus in Co-  
rona B. Vir-  
gin. l. c. 23.  
Plin. lib. 36.  
cap. 13.Cass. refert  
lib. 1. de D.  
Virg. 6. l.Surius.  
Procop. mar-  
tyr. referen-  
te Ruffino  
ubi supra.Cedrinus in  
sacris.

A. Accad.

Et brevis egressus Mariae de Virginis alius.  
Exorta est noua lux.

Argonautae, ut refert Ruffinus, postquam cum Tassone, & Orphæo ciuitatem Gyziæ suo imperio subiugassent, famosum illud templum, cuius meminit Plin lib. 36. tanto splendore, atque artificio construxerunt, ut omnes iuncturae lapidum solidissimis auri filis decorarentur. Consulentes autem Apollinis oraculum, cuius illud templum consecrari deberet: responsum ab eo acceperunt, Matrem sacrandam fore, quod vaticinium postea tempore Zenonis Imperatoris, prædictum templum ab Idolorum spurcicia purgantibus, impletum fuit. Refert etiam Surius tomo 4. mense Iulio in vita Procopii martyris: Inter Argonautas quendam gentilem (quo spiritu afflatum, Deus nouit) hæc in modum Epitaphii in valuis templi scriptis: Ego tres cupio: Deum, unum regnantem apud superos, eius verbum ab interitu alienum, conceptum in simplici Virgine, qui tanquam ignitus arcus percurrens mundi medium, omnes capiens, eos adducet domum Patri; huius erit hæc ades: Maria autem erit nomen eius. Eiusdem historiam meminit Cedrinus antiquissimus historiographus in hæc carmina ex Græco in Latinum translata.

Illius æternum verbum, antequam secula  
verbum,  
Nescia Virgo viri quodam parta tenera  
edet,  
Qui velut igniferis impulsa sagitta pro-  
cellis,  
Edomium reddet pro minere mundum.  
Huius, quam Mariae nomen manet, alma  
agnoscat templum propriam tibi ritè di-  
casum.

Deinde Rabbi Accadus, Doctor grauissimus apud Hebræos, quem & sanctum Magistrum vocabant, respondens petitioni Antonini Cæsaris Romani, multo recto tempore ante natale Christi Domini, postquam dixerat, Matrem Messiae nascituram esse ex stirpe Dauidica, & ex patre Ioachim, futuramque esse orbis dominam, ac

Prophetarum magistrum, concludit, nomine Mariae fore insigniendam. Actandem silentio non præteribo inter reconditissima Hebræorum arcana, illud celeberrimum fuisse, vnam apud Deum esse primam, ac perfectissimam omnium creaturarum, quam *Mitaton*, id est, Principem facierum, vocabant, qua voce Mariae nomen intelligi non obscure constat, tum ex supputatione numerorum, quam mysteriis plenam hebræi fatentur; Maria enim apud eos constituit numerum 209. vel, ut alii dicunt 999. quem eundem reddunt vltimæ litteræ nominis *Mitaton*: tum quia propterea *Mitaton*, id est, Principem facierum illam vocabant, quia ante faciem Imperatoris semper astaret, & ius haberet introducendi alios ad præsentiam illius: quod proprium Mariae munus esse satis aperte fateretur Ecclesia Catholica, deprecans illam in celebri illo Cantico: *Salve Regina: Et IESVM benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende*, nisi enim B. Virgo ius haberet diuinitus ei datum introducendi fideles ad filii sui præsentiam, minime eam deprecaretur Ecclesia, ut filium suum nobis ostenderet.

Porro: ò antequam varia, quæ in sacratiss. nomine *Mariæ* sacramenta delitescunt aperite aggrediar, mira quædam, quæ in laudem illius sancti Patres edixerunt, in medium proferam. D. Petrus Chrysolog. serm. 146. ait: *nomen hoc prophete germanum est, hoc renascentibus salutare, hoc virginis a-tis insigne, hoc pudicitie decus, hoc iudicij ca-stuatis, hoc Dei sacrificium, hoc hospitalitatis virtus, hoc collegium sanitatis.* D. Bonauent. in spec. Virg. cap. 3. *Tu bene signata es per illam Ruth, de qua legitur sic: sicut exemplum spec. Virg. virtutis in Ephrata, & habet celebre nomen in Bethlehe, id est in Ecclesia. O celeberrimum nomen Maria, quomodo posses nomen tuum non esse celebre, quod etiã deuotè nominari nõ potest sine nominantis utilitate? testatur tunc Bernard. dicens: O magna, ò pia, ò multum laudabilis Maria, Tu, nec nominari potes, quam scidam, nec cogitari quidẽ, quin recrees affectum diligem-*

R. 9. Ca-  
nif. lib. 1. de  
Deipar.Cass. de  
Deip. l. 1. c. 1.Eccles. Cant.  
in Cant. Sal-  
ue Regina.D. Chrysol.  
serm. 146.D. Bonau.  
in spec. Virg.  
cap. 3.



*Diligentiam te: Tu nunquam sine dulcedine diuinitus in sua pie memorie portas ingredere. Sapien-  
tissimus idiota, ob eximiam eius humilitatem sic vocatus, vt refertur co-  
mo 3. biblioth. SS. Patrum, ait: Dedit Tibi, Maria, tota Trinitas nomen, vt in nomine tuo omne genu flectatur, hoc nomen super omnia sanctorum nomina, reficit lassos, sanat languidos, illuminat cecos, penetrat duras, vincit agonistas, iugum Diaboli excutit; tanta virtus est, & excellentia, vt celum videat, terra le-  
teat, Angeli congaudeant. D. Bernard. serm. super Salue Regina hæc in laudem Mariani nominis carmina scripsit.*

*In freta dum fluij currem, dum montibus  
ymbræ*

*Lustrabunt, conuexa polus dum sydera pas-  
set,*

*Semper honos, nomenque tuum, laudesque  
manebant*

*Spes mea, Virgo pia, Virgo sacra, Virgo  
Maria.*

His adnecto alia non dissimilia, quæ in Mariani nominis laudem eleganter scripsit super primum caput Cantic. sapien-  
tissimus Alanus, vbi ait: Cuius nomen pre-  
conizatur mundus, nisi Virginis huius? Cuius  
laus celebratur in ore populi fidelis, nisi Virgi-  
nis Mariæ? Cuius virginitas nobis datur in spe-  
culum, nisi Virginis incorruptæ? & eleganter  
fama, & gloria nominis eius oleo effuso com-  
paratur: oleum esuriientem reficit, agoran-  
tem sanat, membra defatigata mitigat, odo-  
rem parit, flammam nutrit: Sic, & in laude  
Virginis reficimur, exemplo eius ad virtutum  
medicamina inuitamur, aduersitatibus fessis,  
eius patientiæ recreamur: vite eius forma il-  
lustramur, nominis fama diffunditur; & non  
solum oleo, sed & oleo effuso nomen eius com-  
paratur, quia sicut oleum effusum magis redo-  
let, sic quanto magis nomen Virginis dilata-  
tur, tanto magis gloria augetur. sed audiamus  
D. Bonaventuram, qui in speculo  
Virginis adnotat, in sacra Scriptura sep-  
ties præcipue nominari beatam Virgine-  
m ad septem virtutes significandas, quæ  
in illa valde claruerunt, septem vitis ca-  
pitalibus è diametro oppositas: primo

ostendit humilitatem contra superbiam:  
dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini. pau-  
peritatem contra auaritiam: Inuenietis  
Mariam, & Ioseph, & Infantem positum in  
praesepe; contra luxuriam, virginitatem;  
& nomen Virginis Mariæ: contra inuidiam,  
charitatem, quam erga cognatam Elisa-  
beth exercuit: Exurgens Maria abiit in  
montana: contra gulam, temperantiam:  
nam si Apostolus dixit: optimum est gra-  
tia stabilire cor, non escis, non potuit hæc  
virtus non mitificè in Virgine splendere,  
cui Angelus dixit: Ne timeas Maria, inue-  
nisti enim gratiam apud Deum. contra iram,  
mansuetudinem, & patientiam in labo-  
ribus; stabat autem iuxta crucem Iesu Mater  
eius, ac tandem contra accidiam, sedulam  
diligentiam, & perseverantem famula-  
tum: Ad omnes erant perseverantes vnan-  
imiter in oratione cum mulieribus, & Maria  
matre Iesu. sed neque B. Iordani singula-  
rem deuotionem erga hoc sacratissimum  
nomen Mariæ, cuius meminit Laurentius  
Maselli, silentio præteribo. Recitabat  
ille singulis diebus in honorem sacratissi-  
mi huius nominis quinque Psalmos, quo-  
rum primæ literæ nomen Mariæ com-  
ponebant. Magnificat anima mea Dominum.  
Ad Dominum cum tribulauer. Retribue seruo  
tuo. In conuertendo Dominus. Ad te leuavi  
animam meam: & vt refert Speculum ex-  
emplorum, euidentissimo miraculo de-  
monstrauit B. Virgo hoc deuotionis ge-  
nus sibi gratissimum esse, nam mortuo  
quodam alio, qui Psalmos illos recitauerat  
in honorem Mariani nominis, ex o-  
culis, ex duabus nasi fenestris, & ex ore  
inuentæ fuerunt rosæ quinque pullulan-  
tes, ex cuius stupendi portenti memoriã  
vna ex illis rosis vsque in hodiernum diem  
conseruatur in Cistello, vt idem Auctor,  
& alij commemorant. Hæc sanè, si verè  
Virginis amatores sumus, suadere debe-  
rent, sacratissimum Mariæ nomen fre-  
quenter in corde versare per meditatio-  
nem, in ore per inuocationem, in opere  
per imitationem. Aquilæ quidem mon-  
tis Tauri, vs auctor est Plinius, Grui-  
bus

Luca 2.  
Luca 1.  
Ibidem.  
Hebr. 11.  
Luca 1.  
Ioan. 19.  
Act. 1.  
B. Iordani.  
Law. Maselli de vita Virg. lib. 1. cap. 11.  
Luca 1.  
Psalm. 119.  
Psalm. 129.  
Psalm. 24.  
Liber, cuius titulus: Speculum exempl.  
Plin. lib. 10. cap. 23.  
1121

*Idiota, vt  
refertur to.  
3. biblioth.  
SS. Patrum  
cap. 5.*

*Alanus su-  
per i. c. Can.*

*D. Bonavent.  
in specul.  
Virg. 4.*



iter facientibus insidiantur, vt deorent eas, quarum proximus aduersus ex earum clamore illis innotescit, at Grues, vt flere compellantur, ne ab Aquilis earum clamor audiatur, singule singulos lapides in ore deferunt: Eadem etiam Grues vnguibz pedum lapidem apprehendunt, vt vigiles sint: Apes deinde lapillos secum portant, ne propter nimiam earum leuitatem, cum volant, à vento huc, illucque circumferantur. De Ricio etiam marino ferunt naturales, in medio corpore lapidem superponere, ne à superbientibus fluctibus aquarum infestetur: Non dissimiliter, si cupimus nos à rapacium aquilarum (Dæmones intelligo) sæuissima infestatione liberari, si desideramus à vento superbiæ non cõcuti, si volumus maris huius sæculi fluctuantibus vndis non submergi, oportet lapidem nominis Mariæ instar Ricij marini in medio cordis, instar Gruum in ore, instar Apum in opere cõtinuo gerere. vnde sicut olim Dauid cum virga, & quinque lapidibus gigantem Goliath expugnauit, sic fideles adhibetes sibi per inuocationem beatam Virginem, virgam de radice Iesse, & quinque lapides, hoc est sacrosanctum nomen Mariæ, quod ex quinque literis constat, ipsis quidem, velut quinq; limpidissimis lapidibus, hostes prostrigabunt.

Cæterum iam tempus est, vt mysteria, quæ in singulis literis, ex quibus nomen Mariæ cõstat, aperiamus, & quæ in varijs earũ significationibus inuoluta sunt, diligenter euoluamus. ne autem hoc genus argumenti ex literis Mariani nominis, & multiplici eius significatione desumptũ quispiam impudenter despice- re audeat, attendat quæso verba D. Chrysostomi homilia 15. super epistolam ad Romanos, vbi ait: *magnum thesaurum in nudis nominibus multarum rerum historias, non modicam denique philosophiam contineri: Et ibidem super illa verba: Saluant vos Aquila, & Priscilla, docet, nomina & cognomina in sacris Scripturis diligenter excuti debere: & Eusebius Cæsariensis de*

præparatione Euãgelica docet, Hebræos exquisitam, & diuinam quandam sapientiam in huiusmodi nominum expositione inuenisse. Consonant his, quæ docent Iuriconsulti; nam in l. i. ff. de Iustitia, & Iure, legislator inquit: Iuri operam daturus prius nosse oportet, vnde nomen iuris descendat, & in l. i. §. appellata ff. si certum petatur, dicitur, non leue argumentum esse desumptum ab Ethymologia, & allusione vocabuli. vnde videmus sanctos Patres diligentes fuisse in eorum interpretatione: Diuus namque Hieronymus librum conscripsit de nominibus Hebraicis, & plures Diuus Isidorus de nominum Ethymologia. Immo, & Deus ipse, dum in veteri testamento nomina Abrahæ, & Saræ mutauit, illi vnam litteram addens, huic vnam adimens, non modicam nominum rationem habuisse monstrauit. Et Christus Dominus in lege gratiæ, ad nomen Petri attendens dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Hoc posito fundamento, mysteria, quæ in literis, Mariæ nomen componentibus, latent, referare aggredior, referaturus postea, quæ in varijs eius significationibus delitescunt.

Diuus Antoninus 4. p. tit. 15. cap. 22. in fine §. 9. præ eximia eius deuotione, quæ erga beatam Virginem affectus erat, singulas literas nominis Mariæ contem- platur, iuxta Hebræum alphabetum, ex quibus hoc nomen coalescit. Prima littera est M; quæ apud Hebræos dicitur, Mem, quæ littera, quia ex parte inferiori clausa est, nunquam inuenitur apposta in principio dictionis, nisi in nomine Maria, vt clausurã virginitatis eius, quæ sola Mater virgo fuit, significaret. Diuus Ambrosius super Psalm. 118. ait: *Mem significare ex intimo, vel, vt alij adnotãt, ignis ex intimis; quod beatæ Virgini aptè conuenit, cum ex intimis eius visceribus increatus ignis carnis materiam assumens visibili specie humano generi apparuerit. Secunda littera est, A, quæ Hebræorum nomine dicitur, & iuxta Diui Ambrosij sententiam*

*Euseb. Cæs. libr. 11. de præparat. Euang. c. 3.*

*D. Hieron.*

*D. Isidor. de nomin. ethymolog. Genes. 17.*

*Matth. 16.*

*D. Antonin.*

*D. Ambros. in Psalm. 118.*

Y tiam



tiam super Psalmum 118. significat doctrinam, quod non obscure significat, beatam Virginem opere, & sermone non solum fidei veritatis doctricem, sed totius sanctitatis magisterium. Tertia litera est, R, quam Hebræi vocant: Res, & significat caput, vel primatum, quod & Virgini aptè satis congruit, cum, & Virginum caput sit, & virginis primatum inter omnes habere noscatur; aliæ Virgines fecunda non fuerunt, sed steriles, at Maria secundissima fuit, & virgo simul integerrima, gaudia Matris habens cum virginis pudore. Quarta litera est, I, quæ apud Hebræos minor est in figura, & dicitur Iod, & significat confessionem: litteram hanc quis non videat, dum minorem habet figuram, & confessionem significat, humilem confessionem B. Virginis indicare; dum maiorem se Dei ancillam esse faretur, cum Matris Dei dignitas ei offerebatur dicens: *Ecce Ancilla Domini*: Et Diuus Ambrosius super illud: *Manus tue fecerunt me*: ait: litteram Iod significare moestitiam, & dolorem, quod & beatæ Virgini satis competit, cum *Maria* amaritudinem significet, quam animæ Virginis intulit amarus passiois Christi calix, iuxta illud Simeonis: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Tandem vltima litera A, nempe *Aleph*, quam doctrinam diximus significare, ideo certè repetitur in nomine Mariæ, quia cum ipsa non solum hominum, sed Angelorum magistra fuerit, non solum homines, sed & Angelos salutari sua doctrina imbuit. Si enim inferiores Angeli ab aliis illustrantur, immò, & ab Apostolis (Paulo id attestante) *ut innotescat Principatibus, & Potestatibus*, in cœlestibus nihil mirum, quod superiores à beata Virgine illuminentur.

Luce 1.  
D. Ambrosius.

Luce 2.

Ad Ephes. 3.

Leonardus  
de Vtino.

Ad hæc Leonardus de Vtino sermone de natiuitate, per quinque litteras huius sacri nominis, *Maria*, quinque preciosos lapides intelligit, quibus Marianum diamena exornatur. *M. Margaritam* designat, quia sicut illa vim habet confortandi

cor, sic nomen Mariæ in omnibus periculis cor stabilit, & trementi animæ firmissimum refugium est, Ecclesia canente: *Sub tuum presidium confugimus, sancta Dei Genitrix*. litteram A, adamantem ait designare, quia sicut virtutem habet reconciliandi irascentes, & discordes; ita & beata Virgo reconciliauit genus humanum Deo: *facta sum coram eo pacem reprensens*. Et sicut furor iræ solet per mulierem mitigari, & temperari, sic ira Dei per beatissimam Virginem mitigata fuit, ne in homines furor eius excandesceret. Per litteram R, intelligit *Rubinum*, qui cum sit valde splendens, rectè nomen Mariæ refert, quæ, illuminatrix, interpretatur, & cuius vita (vt in officio natiuitatis legimus) *christus illustrat Ecclesiam*. Vel dicamus, significare Mariam rubinū generasse, qui nascitur in visceribus saphiri, hoc est, Christum genuisse in suo cœlesti, ac saphirino utero. Littera I, Iaspidem denotat, quia sicut iste se gestantem impavidum reddit, ac intrepidum, sic Mariæ patrocinium fideles munit, & aduersus Diabolum, cui ipsa est terribilis, vt castrorum acies ordinata, fortes, ac intrepidus facit, Vltimam verò litteram, A, *Alethorion* referte ait, qui hominem reddit benè fortunatum: quæ autem excogitari potest felicitior fortuna (si ita fas est loqui) quam vitam æternam obtinere? quam tamen beata Mater à filio suo nobis dandam pollicetur dicens: *qui elucidant, ad me, vitam æternam habebunt*, vel dicamus A. *Ametistum* designare, cuius meminit Ioannes in Apocalypsi, & de quo referunt naturales inueniri terreo quodam velamine inuolutum, mirabilem eius splendorem cooperientem, in quo egregiè beatam Virginem obumbrat dicentem: *Nigra sum, sed Cantic. 4. formosa*: nigra quidem exterius secundum vulgarem existimationem, quia dum homines filium habere me videbāt, minimè Virginem esse putabant; at sub hac nigredine integritatem meam velante, virginis venustas, ac pulchritudo latebat.

Ad hæc:

Eccles. 21.

Discordes

de adamus

12.

Cam. 3.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.



Ad hæc, per quinque has litteras factos sancti huius nominis Mariæ, quinque denotantur celeberrimæ sceminae, quæ typi eius gessere: Per *M*, Michol designatur per *A*, Abigail, per *R*, Ruth, aut *Rebecca*, per *I*, *Tabél*, vel *Iudith*, & per ultimam *A*, *Anna*, vel *Abisag*: hæc autem omnes sceminae non solum Deiparam in se, sed eius virtutes mirificè adumbrarunt. fuit Michol pietate referta, quam Dauid adeo adamavit, ut amicitia cum Abner principe militiæ populi Israël omnino recusat, nisi prius eam sibi præsentasset, ut 2. Regum legimus; non dissimiliter Mariam pietate insignem filius Dei tanto amore est prosequutus, ut amicitiam cum humano genere per incarnationis vinculum inire noluerit, quousque Virgo hæc nasceretur, & consensum suum tanto mysterio præstaret. Fuit deinde Abigail, quæ multis oblatiis muneribus, necnon verbis humilibus ardentem Dauidis iracundiam mitigavit, ac temperavit, ut 1. Regum facta narrat historia: sic Deipara Maria, pro humani generis venia obtinenda, in quod Deus ira efferebat, obuia se illi fecit, variis virtutum monilibus ornata, necnon humilibus illis verbis: *stat mihi secundum verbum tuum*, quibus Altissimo mirum in modum placet, furorera eius penitus exstinxit. Deinde Rachel pulcherrima, quæ Iosephum genuit, qui a Pharaone Ægyptiaca lingua vocatus fuit; Saluator mundi: necnon Rebecca, quæ Iacobum instruxit, eiusque manus pilosis pellibus obuoluit, odoriferamque vestem ei aptavit, ut patris benedictionem obtineret, Deiparam Mariam egregiè adumbrarunt, quæ & Salvatorem mundi genuit, & nos velut amatissima, & sapientissima Mater frequenter instruit, qua ratione benedictionem, & adoptionem filiorum Dei consequamur. Præterea, quemadmodum Iudith summa castitate pollebat, eiusque mira virtute Holofernem capiens, caput eius præcidit: sic Deipara merito suæ virginitatis cum humilitate coniunctæ, tortuosi

serpentis potentiam confregit, & caput contriuit. Ac postremo sicut Abisag Sunamitem tanquam omnium pulcherrimam, & elegantissimam super omnes filias Israël ad calefaciendum Regem Dauid in senectute sua nimia frigiditate algentem destinatam legimus: non secus beata Virgo cunctas inter mundi sceminas pulcherrima electa fuit ad ministrandum Regi Christo cœlesti: *Et in habitatione sanctæcorum ipso ministravit*; & ad calefaciendum illum in infantia sua; unde ipsa cecinit: *Dilectus meus inter vbera mea commorabitur*, quasi diceret: Dilectum meum amplexabor, pectori meo admovebo, ibiq; vitali cordis mei calore cum fouere, & vberum meorum lacte nutriti non desinam.

Ad extremum, ne Mariani nominis apicem vllum præterire videar, quem in honorem tantæ Virginis non referam, obseruandum censui, consultò diuinam Sapientiam ex illis litteris nomen Matris suæ constari voluisse, quibus olim maiori honor delatus fuerat, & quas antiqui maiore cultu celebrarunt. Pierius refert, illustrissimos Missænos solitos fuisse in scutis suis litteram hanc *M* sculpere, significare volentes, quod sicut partes huius litteræ desuper vniuntur, & copulantur in vna, ita corpus Reipublicæ vnitum esse debet cum suo capite: nec desunt, qui propter eandem rationem, eandem mysterium Trinitatis adumbrare dicant, sicut enim in hac littera tres lineæ per vnam superiorem vniuntur, quæ communis est illis, ita & tres diuinæ Personæ in vnitæ essentia illis communis cõueiunt. quamuis autem, ut tradit idem Auctor, littera *M*, stultitiæ symbolum quondam fuit, cum inter sortes, quæ iaciebantur, alicui illa cõtingebat, postea tamen, cum in sortem cecidisset magno Imperatori Dionysio, ipseque dixisset, futura eius opera mendacem illam sortem fore attestanda, quod & postea euentus probauit, cepit inde in maiorem honorem haberi littera *M*, De secunda, & tertia littera *A*; & *R*;



Petrus Crinitus refert lib. de honesta disciplina, quod si quis à ludicibus damnatus erat, littera R denotabatur, si erat abolutus, A, apponebatur. Insuper etiam de littera, R. D. Hieronymus epistol. ad Ruffinum, ait. quod Demosthenes, quânis adeo studio deditus fuerit, ut plus olei in lucerna consumpserit, quàm vini in vase biberit, difficillimè tamen litteram R pronunciauit; testaturque idem Hieronymus illam à canibus pronunciare didicisse, qui cum inter se latrantes rixantur, illam rectè pronunciant. De littera deinde quarta I, cuius meminit idem Diuus Hieronymus epistola ad Lætam tomo 1. & quæ à Virgilio magnoperè celebratur, symbolum fuit adultæ ætatis, ut Scholiastes adnotat super prædictam D Hieronymi epistolam, quia ætas illa est velut biuium, in quo positus viator dexteram tenere, vel ad sinistram deuiare potest, sed oportet, ut rectam viam eligat per rectitudinem huius litteræ I significatam. Vltima tandem est A, quæ Christum Dominum significat, qui de se ipso dixit: Ego sum Alpha: vnde iuxta hæc sacrosanctum Mariæ Virginis nomen clauditur duabus litteris, quarum prima, scilicet M symbolum sanctissimæ Trinitatis, vltima verò Christi typus est. Cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

D. Hieron. in epist. ad Lætiam. t. 1. Scholiastes.

Apo. 1.

HOMILIA VII.

Excellèntiam sacrosancti nominis MARIÆ ex interpretatione amari maris, & maris stella, duplicem metaphoram, multiplici eruditione prosequimur.

Genes. 1.



VE MADMODVM Deus, ut auctor nature, id commemorante Moysè, congregationem aquarum vocauit Maria; non secus, ut auctor gratiæ, virtutum, & cœlestium

charismatum aggregationem, quæ in beata Virgine emicuerunt, sapienter appellauit: Maria, ut interpretatur D. Hieron. ronymus, sanctus Bonauentura, & alij de nom. H. permulti in illa verba: Et nomen Virginis br. ac. Maria: vnde eleganter S. Petrus Chrysol. D. Bonau. in logus serm. 146. vocauit Mariæ nomen: speculo 2. Collegium sanctitatis, eo quod vniuersæ Virg. sanctitatis dotes ad Mariam, instar aquæ. S. Petrum rum ad mare, confluxissent. Verba Petri Chrysol. Chrysologi sunt: Congregationes aquarum serm. 146. appellauit Maria: nomen hoc renascentibus Genes. 1. salutare, hoc virginitalis insignis, hoc pudicitie decus, hoc collegium sanctitatis. Per similem dicendi phrasim vsurpans Petrus Damianus sermone de Assumptione Virginis: omnium virtutum conuentum in Virgine sibi thalamum consecrasset docet: Vniuersus, ait, Orbis pigmentarius in Virgine proiectus est, quando in ea virtutum conuentus reuerendum sibi thalamum consecrauit: atq; ob hanc causam crederem beatam Virginem appellatam fuisse à Ioanne Damasceno oratione prima de Assumptione: Abyssum gratiæ: quibus omnibus consonant, quæ seraphicus noster Bonauentura in speculo Virginis dixit: Scriptum est: omnia flumina intrant in Mare, flumina sunt charismata Spiritus sancti; vnde Ioannes dixit cap. 7. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum; omnia ergo flumina intrant in Mare, dum omnia charismata sanctorum intrant in Mariam; flumen gratiæ Angelorum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum, & flumen gratiæ Apostolorum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Martyrum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Confessorum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Virginum intrat in Mariam; omnia flumina intrant in Mare, id est, omnes gratiæ intrant in Mariam. Vnde ipsa optimè dicere potest illud Ecclesiastici: In me gratia omnis viæ, & veritatis, & in me omnis spes vite, & virtutis: quod si hæc luculentius, ac distinctius desideres, cuncta, quæ diuina largitas munerata tam spiritibus angelicis, quàm homini-

Ioanne Damasc. ser. 1. Assumpti.

D. Bonau. in speculo Virg. cap. 1. Ioan. 7.

Eccles. 24.

gratia plena